Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

dei consideracionem omnino peccatis insipiens est presumpcio
vana et caduca superbia

Hec via illorum qui sic agunt via perdicionis que
stimulu et dolorem suis actoribus facit et postea quasi
stulti vt in ore suo sibi complaceant postquam votu nequi-
sime disposicionis impleuerint in ore suo diuinitati gras
referunt quod ad suum velle producti sunt tamquam assecuti essent
felicitatem homini possibilem

Sed quid talibus in futuro erit propheta ostendit dicens

Sicut oues ducte sunt ad occisionem hoc ignoran-
tes sic isti in inferno ponentur post mortem et dyabolus
qui dicitur mors deducet eos de pena ad penam

Iusti vero dnabuntur eorum scilicet malorum quando accipient
iudiciariam potestatem in die iudicii in quo dominus sua
claritate omnia que prius erant in nocte illustrabit et
auxilium eorum scilicet malorum qui habundabant ab amicis
carnalibus in potencia et diuiciis eorum in presenti vita
veterascet id est peribit omnino in inferno et a gloria eorum
transibunt ad confusionem maximam et sempiternam

Mali ista habent verumptamen ego loquitur quilibet
iustus liberabor ab istis quia deus redimet animam meam
de potestate dyaboli sub qua erant homines ante aduentu
xpi cum acceperit me de presenti vita

Ex quo sic mali peribunt et dominus iustos redimit
alloquitur propheta vnumquemque fidelem o homo ne timu-
eris ut velis desistere a via veritatis cum videris
malos prosperari et florere in seculo quoniam non est
magnum quod diues factus est homo peccator et quod multiplicata
fuit gloria domus eius in parentibus et prole in hono-
ribus et possessionibus

Quoniam cum interierit non sumet secum aliqua de
hiis que hic possidet cum eo in inferni gloria presentis vite
vnde descendet sine gloria seculari sine turba satellitum sine
l'assumpcione presumpcione tractarum nec descendet